

quibus si manibus valebit, suas ad-  
junget. Mittit autem hac spe, fore  
ut Tu illum, in Tuum convictum  
ædesque recipias.

Quid Francofurti factum sit, non-  
dum discere potui: uti nec illud an  
epistolam meam Tampachius (scri-  
psit enim se eam accepisse) typis ex-  
cuderit.

Vale & rescribe. Lincii, 22. Maii.  
anno 1614.

*Post Scripta.*

Epistolæ meæ titulum inveni in  
catalogo, spero impressam, etsi nihil  
scribit Tampachius. Interim turbu-  
lenti Francofurto ad nos perveniunt  
rumores. Consilium igitur cepi mit-  
tendi ad te latinum tractatum de na-  
talitio anno, in quo mihi planè sa-  
tis feci, spero opusculum absolutissi-  
mum esse. Tu consilium è re nata ca-  
pies. Omnino expedire puto ut idem  
impri-